

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 343

**Autre(s) référence(s) :** Tabuteau 461-463

**Auteur(s) :** Mozol « de la Fangea » [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Saint-Évroult-Notre-Dame-du-Bois, Notre-Dame (abbaye)

**Genre d'acte :** pancarte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1091-1122]

**Lieu d'émission :** Saint-Évroult

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

« Rotulus primus monasterii Sancti Ebrulfi », acte 42 : notices relatant 1) la donation de 3,5 acres de terre faite par Mozol « de la Fangea » avec l'accord de son seigneur Raoul ; 2) l'engagement, pour neuf années, par ledit Raoul, d'une couture de terre contre un cheval d'une valeur de 20 sous du Mans (1096) 3) l'engagement pour une durée de sept ans, par le même Raoul, de la terre d'Ansquetil fils de Primoud contre 20 sous du Mans et 50 (sous) de Rouen 4) la donation, par Garin Trebusiun de la moitié d'une parcelle de terre.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Le Prévost Auguste, *Orderici Vitalis angligenae, coenobii uticensis monachi, historiae ecclesiasticae libri tredecim*, Paris, J. Renouard et Socios (Société de l'histoire de France), 1838-1855, 5 vol., t. 5, Appendix, n° VI, Rotulus n° 42, p. 192-193.

## Dissertation critique

La datation proposée est celle de l'abbatiat de Roger du Sap (21 juillet 1091-1122), dont sont contemporains la plupart des actes du rôle de Saint-Évroult. La seconde notice relate un engagement contracté en 1096.

Texte établi d'après a

XLII. In eodem vero capitulo, dedit Mozol de la Fangea, pro anima patris sui matrisque ac pro semetipso, sancto Ebrulfo tres acras terre atque dimidiā, concedente ipso Rodulfo domino ipsius societatemque hujus loci corporis et anime suscepit. Testes supradicti.

Idem vero Rodulfus, anno quo Rotbertus comes iter eundi in Jerusalem arripuit, invadimoniavit monachis sancti Ebrulfi culturam terre alnei Calvinei usque ad novem annos per unum equum precium XX solidorum cenomanensium. Quod si in die jovis ascensionis Domini noni anni reddiderit precium istud, habebit terram suam quitam ; si non reddiderit tunc, tenebunt illam donec exinde habeant duas segetes hiberni et tremesii, et ita semper facient, nisi ipso die jovis reddiderit precium istud ; hoc idem annuentibus filiis suis atque uxore. Testibus his ex nostra parte : Gervasio, Herveo, Odone cocco, Zuetel filio ejus, Tancreo, Rotberto hospitario, Rotberto Anglico ; ex sua parte : Vuillelmo filio Rainaldi.

Terram etiam Anschetilli filii Primoldi invadiavit idem Rodulfus supradictis monachis usque ad VII annos per XX solidos cenomanensium et Lta rotomagensium a festivitate sancti Remigii ita ut, si in die festivitatis supradicte VII mi anni reddiderit pecuniam istam, recipiet suam terram ; si non, more supradicti vadimonii tenebunt terram quoatusque reddit pecuniam. Testes ex sua parte : Rodulfus Blundus, Fulco filius ejus, Vuarnierius Gruel, Rain[aldus] de Faveriz, Mozol, Giroldus gener presbiteri ; ex nostra : Herveus, Osbernus, Odo, Gervasius, Tancreas.

Warinus Trebusiun dedit monachis sancti Ebrulfi dimidium ortum terre situm secus viridiarium eorundem monachorum, concedentibus filiis ipsius, misitque super altare. Dedit vero eidem in caritate Ricardus monachus unam minam avene. Teste Osberno, Unfrido portario.